scriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia anti
decursum anni transportare in has vel meliori forma
verborum sub simili vadio sexaginta ducatorum florenorum polonicalium
pro quo quidem vadio servando sese ipse recognoscens cum suis
posteris praedicto Tokamierz vel eius successoribus ad officium praesens
castrense praemisliense citare permisit. extunc foro suo quovis
proprio ommisso coram eodem officio in primo citationis termino
414 tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato
summa simili vadio omnibus exceptionibus contraversiis
prorogationibus, suspensionibus, vera vel simplici infirmitatibus
actione pro maiori, legalibus quibusvis impedimentis
ad quittationem dilationem non petitam, motionibus appellationibus va-
riisque prosequutionibus, poena triam marcarum et triplici poena
ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis remo-
tis et in parte victis satisfacere cum suis posteris tenebitur quod
opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in prae-
missis obstante.

Litinski Nz Blazowsky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren-
sibus praemisliensibus nobilis Roman Litinski mente et corpore sanus
existens a iure foroque suo proprio quibusvis recedens, huic vero
castrensi praemisliensi iurisdictioni se submittens ac bona sua omnia
quo ad infrascripta tantum attinet incorporans publice recognovit. Quia
nobili Ivan Blazowski Ivachnowicz et eius successoribus quadra-
ginta florenorum polonicalium monetae polonicalis veri et liquidi de-
biti sive mutuato pecunia tenetur, praesensque se et suos successores
superque bonis suis obligat et inscribit pro die et festo
conversionis sancti Pauli apostoli proxime ventura solven-
dum alioquin circa acta praesentia reponere et relinquere sub
vadio similis summae quadraginta florenorum polonicalium monetae po-
lonicalis, in defectu solutionis, summa cuiusque principalis
ad solvendum simul ambobus et in summam capitalem convertendum.
nihilominus praefatus Litinski se et suos successores super om-
nibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad
acta terrestria praemisliensia anti decursum unius anni in has vel
meliori forma verborum transportare sub vadio alias summa qua-
dragintaf florenorum polonicalium. pro quoque summa tum et prae-
dio servando sese ipse recognoscens cum suis posteris prae-
dicto Blazowski vel eius successoribus ad officium praesens castren-
se capitaneale praemisliensi citare permisit. extunc foro suo
quovis proprio ommisso coram eodem officio in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac
praefata summa principali vadioque sine vadiis omnibus exce-
ptionibus, contraversiis, prorogationibus, suspensionibus, lega-
libus quibusvis impedimentis, vera vel simplici infirmitatibus
actione pro maiori, ad quittationem dilationem non petitam, motionibus
appellationibus variisque prosequutionibus, poena triam marcarum et
triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque reme-
diis remotis et in parte victis satisfacere cum suis posteris

tenebitur quod opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri
in praemissis obstante.

Kormamcski obligat Vrzeczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus ca-
pitanealibus praemisliensibus generosus Georgius Kormaniczki olim
generosi Stanislai Kormaniczki filius, mente et corpore sanus exi- 415
stens a iure dictibus iuribusque suis quibusvis proprio ac foro compe-
tenti recedens, praesenti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni
se submittens cum bonis suis quo ad actum effectumque totius inscri-
ptionis praesentis attinet incorporando et subiiciendo publice prae-
sensque recognovit. Quia generoso Petro Vrzeczki et eius
legitimis successoribus bona sua haereditaria videlicet totam et integram
villam Koniussa cum praedio in terra districtu consistentem, cum omni iure
dominio proprietati ac cum omnibus et singulis attinentiis per-
tinentiis, fructibus, proventibus, redditibus utilitatibusque uni-
versis ac iuris dominio proprietatis ac quorumvis usufructuum
utilitatum in praedictis bonis pro se et suis successoribus reser-
vando et excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie con-
gressis, a granitiebus ad granities, ita videlicet prout ipse bona
eadem tenuit habuit et possidebat, hinc ad festum nativitatis do-
mini proxime venturum in summa mille florenorum polonicalium monetae et
numeri polonicalis obligavit inscripsit et invadiavit, praesensque
obligat inscribit et invadiat. et in defectu pretium exempti-
onis et summae praefatae persolvendo, extunc ad alium similem
festum nativitatis domini et sic de anno in annum annis se sequentibus usque
ad exemptionem et summae praefatae plenariam et omnimodam
coniunctim persolutionem iuxta cursum terrarum. et iam eundem
praedictus Georgius Kormaniczki eidem Petro Vrzeczki in
bona praefata villam Koniussa. dat et dedit realem intromissionem
actualem et pacificam possessionem, in bonisque praefatis tenendis ad easque
acceptandas cum ministeriali et nobilibus venerit se et suos
successores super dictis bonis suis obligat daturum et admissurum
sub vadio similis summae mille florenorum polonicalium. pro ipsum Petrum
Vrzeczki et eius successores bona praefata tenere habere possidere
pro usuque suo et successorum suorum beneplacito convertendi usque
ad exemptionem et summae praefatae persolutionem. Tandemque
praefatus Georgius Kormaniczki cum suis posteris quos
secum super omnibus bonis suis haereditariis et obligeniis mobilibus
et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit, eundem
Petrum Vrzeczki et eius successores in bonis praefatis et eorum pos-
sessione ab omni quavis impetitione iuridica omnibusque quibus
violentiis et impedimentis quarumlibet personarum propinquarum
et contrarium status sexus et conditionis cuiuscunque existentium
Necnon ab omnibus et singulis iuribus et inscriptionibus priori-
bus et posterioribus, debitis vinculis reformationibus, advitalitatibus
cuiuscunque personarum factis et faciendis, citationibus, condictionibus,
additionibus, innotescentiis tam terrestribus quam castrensibus sive etiam
regalibus in bona praefata impetratis et impetrandis. Lucris prae-

luccis pœnis dumnis vadiis [illegible] ac quibusvis processibus
iuris super bonis præfatis perductis et perducendis continua-
tisque et continuandis [illegible] [illegible] [illegible]
dere [illegible] liberare protegere bonaque præfata munda et
libera facere sub simili vadio mille florenorum pœnarum. Nec debet
ipse Georgius Kormaniczki cum suis posteris quos secum sub
universis bonis suis ut supra obligat et inscribit, eidem Pe-
tro Urzeczki et eius posteris in bonis præfatis obligatis tam
ut quam iure [illegible] aut quovis modo pacificam possessionem
per se et submissas personas tam in toto quam in quavis mi-
nima parte præpedire et ademere sub simili vadio mille florenorum
pœnarum. Insuper etiam præfatus Georgius Kormaniczki
se et suos successores de omnibus bonis suis hæreditariis et obli-
gatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat
et inscribit, præsentem inscriptionem ex his actis ad acta
terrestria præmissionis ad primos vel secundos terminos ter-
restres præmissionis transferre transportare similemque vel
si opus fuerit meliorem recognitionem facere ut prout præfato
Petro Urzeczki vel illius posteris utilius et conducibilius
visum fuerit sub simili vadio mille florenorum pœnarum monetæ
polonicalis. Quæ quidem præmissa omnia et singula in præ-
senti inscriptione contenta et descripta, præfatus Georgius Kor-
maniczki se et suos successores super omnibus bonis suis hæredita-
riis et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post
habitis obligat et inscribit complere et exequi tam in toto
quam in minima parte sub vadio et vadiis speciali et spe-
cialibus mille florenorum pœnarum, ocasione cuiuslibet rei ex
præmissis tam in toto quam in parte non completæ, pro eodem
Georgium Kormaniczki vel eius posteros prædicto Petro
Urzeczki vel eius successoribus, ad solvendum ad simplicem
verbi assertionem sine corporali iuramento tantum quoniam ne-
cesse fuerit irremissibiliter sumbendum. Allegationibus quod
non feci evadendi vadium faciam et facere me offero. Nec clau-
sula neminem ad impossibilia tenere et obligare se non
deffendendum, pœna trium marcarum et triplici pœna vadium
seu vadii prænominata non evadendum. Pro quoquidem vadio
seu vadiis quotiens se ipse Georgius Kormaniczki prædicto
Petro Urzeczki vel eius successoribus ad iudicium seu officium
præsens castrensis capitaneale præmissionis citare permiserit
vel eius posteri permiserint. Tantum recedendi a terris di-
strictibus curiisque suis quibusvis proprius ac foro com-
petentibus coram eodem iudicio seu officio cum se ad quod fuerit
citabitur. Actus præsentis respectu cum successoribus
bonisque suis omnibus subiicit in primo citationis termino tamquam
peremptorio stare parere respondere, ac pro præfato va-
dio seu vadiis a iudicio seu officio non recedendum satisfacere
tenebitur vel eius posteri tenebuntur, tantum quoniam opus
fuerit. Nullum terminum ocasionem præmissorum vera vel sim-
plici infirmitatibus, actione pro maiori, litis et decretis

regalibus, statutis et constitutionibus quibusvis laudatis et lau-
dandis. Bellis cologuiis conventionibus generalibus vel particula-
ribus, expeditione bellica, servitio militari et reipublicæ sive
sacræ regiæ mtis aura postifera, incursu hostium absentia ac re-
gnoscalibus omnibus legalibus impedimentis non differendi nec
longum atque se excipiendi, minor unitate successorum et casu quoque
inferiori se non deffendendi, nec ad annos discretionis, nec ad
quietem mortificationisque inscriptionis præsentis, nec ad evictorem
seu evictores dillationis et dillationis sibi recipiendi, a decretis qui-
busvis tam in accessorio quam in principali negotio latis et facti
nullas motiones cum appellationibus faciendi, nec ad prosequendum eosque
iudicem et partem ad citando, pœna trium marcarum et triplici
pœna vadium seu vadia prænominata non evadendi, malam cita-
tionem et intempestivam eiusdem positionem, malam in lucro condi-
nationem malum processum iuris, non statutionem minutis non
obiciendi, nec eandem condictionem in lucro processumque iudiciorum
ignorantia et iuramento corporali subterfugiendi, quasionibus
præscriptionibus [illegible] [illegible] omnibus generalibus
dillationibus quotquot solum sunt et de iure [illegible] [illegible]
ventur [illegible] remediis omnibus secum suis successoribus abrenun-
tiando. Et nil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem præ-
sentem eiusque effectum recipiendi suæ suorumque successorum sub am-
missione totius causæ vel luctionis præfati vadii vel vadiorum.
Quo vel quibus solutis utique inscriptionem præsenti et omnibus in ea
contentis satisfacere cum suis posteris tantum quoniam opus
fuerit tenebitur. Nulla præscriptione terrestri in præmissis ob-
stante. Ad quæ omnia et singula præmissa in præsenti inscri-
ptione contenta et descripta idem Georgius Kormaniczki personaliter
coram officio præsenti stante inhærendo in toto priori recessioni con-
sensit et præsentem consentit, seque et successores suos ac omnia bo-
na sua nunc et in post habita onere inscriptionis præsentis onerat et
subiicit, ac uti præmissum est a iure communi regni statutisque et
constitutionibus eiusdem recessit, seque in ius privatum cum omnibus bonis
successoribusque subiicit, inscriptionis et recognitionis præsentis vigore
quod mentis firmatum est.

Vrzeczki tti Kormaniczky

Comparens personaliter coram officio et actis præsentibus Generosus
Petrus Urzeczki foro suo quovis proprio omisso et pro iuris-
dictioni se incorporando quo ad infrascripta tantum attinet, publice recitavit.
Quia Generosus Georgius Kormaniczki et eius successores summam
ducentorum florenorum pœnarum monetæ et numeri polonicalis certi veri et
liquidi debiti sive mutuatæ pecuniæ tenetur, præsentique se et
suos successores super omnibus bonis suis nunc et in post habitis obli-
gat et inscribit pro die et festo assumptionis gloriosæ virgi-
nis Mariæ in cœlum proxime et immediate venturo solvere rea-
literque cum acta præsentia castrensi præmissionis reponere et
relinquere sub vadio similis summæ ducentorum florenorum pœnarum